



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Admirandvm vindictae divinae theatrvm**

**Tympe, Matthäus**

**Monasterii Westphaliae, 1611**

Recidiua peccati

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51314](#)

## PONTIFICEM CONTEMN.

431

permane-  
pij cruentari filium iustitiæ vindicem ac pie-  
apparuit quæ  
tatis cultorem, sed eum ipse repentina ægri-  
ligasset in  
tudine è medio sustulit, ex insperato siqui-  
missionis  
dem anno Christi 1106. est morte repentina  
Sed ser-  
mulctatus.

Surius in comment. anno 1571. Fuit, ait,  
Vuritus quidam, utriusque iuris Doctor &  
Oxonensis Archidiaconus, qui fidem Catho-  
licam frigide amplexus cum nollet post sta-  
tum Catholicæ religionis in Anglia mutatum  
dignitate sua carere, dum quodam die apud  
presbyteros suæ olim jurisdictioni subiectos  
concionem haberet, incidit in ea D. Pauli ver-  
ba quibus ait, Christum in ædificationem Ec-  
clesiæ dedisse quosdam quidem Apostolos, Eph. 4.  
quosdā Prophetas, &c. quibus recitatis, de suo  
(ut tempori seruiret) intulit, dicens; De Pa-  
pahic verbum nullum auditis. Quod cum in  
extrema concione prolocutus esset, mox gra-  
ui morbo correptus, atque adeo quasi mutus  
effectus, & à suggestu non ad prandium, ut  
constituerat, sed ad lectum delatus, octauo  
post die è vita excessit. Hæc Sanderus.

10.

OB RECIDI VAM PECCATO.  
rum vel ob crebriores lapsus diuis-  
nitus puniti.

P<sup>Y</sup>harao Rex Aegypti post promissa & fœ-  
dera de populo Dei dimittendo frequen-  
tius violata tādem cum vniuerso suo exercitu  
I.  
Exo. 15. 28.  
M<sup>Y</sup>aris

hom. 44.  
in Matth.

matris rubri fluctibus obrutus miserrime  
rijt. vnde B. Chrysoft. Pharao si confon-  
prima percussione fuisse admonitus, ne-  
postiores plagas habuisset, neque tan-  
cū eo tantus exercitus demersus perijset.

2.

Cum Dominus Dauidem Regem primam  
2. Reg. 12.8 in vxore Vriæ peccantem solo pueris  
2. Reg. 24.9 nati interitu castigauisset, postea repetita  
numeratione populi grauiore lapsum mil-  
lum millium nece percussit.

3.

Cum Rex Ahab prius ob sublatam  
3. Re. 21.29 am Naboth ab Elia grauiter increpatum  
3. Re. 22.34. set, & pœnitentia acta veniam à Domini  
obtinuisse, postea tamen in pristinam  
pietatem relapsus, eo quod Prophetam  
cheam in carcerem compiegisset, flagrante  
belli tempore nutu diuino e vita sublatum.

4.  
Cap. II.

Canonicus quidam, ait S. Bonaventura  
Francisci post vitam diurno tempore  
piter & libidinosè actam in grauem ag-  
dinem prolapsus erat. Eum S. Franciscus  
affixum adiit, & postquam salutari crocione  
no consignasset, pristinæ valetudini refini-  
hominemq; sedulo commonuit ut dñe  
à foeda illa viuendi consuetudine abstine-  
nec ad vomitum aliquando rediret. atque  
piæ admonitionis oblitus ad veteres impo-  
citiæ sordes redijt, & cum in ædibus cuiuscumque  
Canonici forte cœnasset, tota ædiu strati-  
subito ruente, solus repentina morte, can-  
conuiuis illæsis, extinctus est.

RELIGIONEM OPPVG.

439

Cæsareus refert in ciuitate Argentina 5.  
 (Strasburg) hereticum cum iamjam esset cō- lib.3. mis  
 burendus, fuisse conuersum, ab uxore vero in rac.c.16.  
 hæresim esse retractū, ideoq; in manu eius re- & 17.  
 nouatum esse incendiu igniti ferri (quod dum  
 cōfiteretur erat sanatum ) idemq; incendium  
 sentisse & vxorem ideoq; in ciuitatem esse re-  
 ductos, & in cinerem redactos.

INFELIX EXITVS SEV FINIS  
 eorum qui Religionem & Ecclesiam  
 oppugnarunt.

**D**E Misero fine Pharaonis primi perse-  
 quotoris Ecclesiæ agitur Exod. 14. De  
 Dathan & Abiron primis Schismaticis Num.  
 16. De Iezabel 4. Reg. 9. De Antiocho 2. Mac.  
 9. De Pilato quod seipsum interfecit con-  
 sule Euseb. lib.2. hist. c. 7. De clade Iudeorum,  
 eundem c. vlt. & Ioseph. de bel. Iud. De Hero-  
 de Ascalonita qui obiit scatens vermis cum  
 prius occidisset uxorem, & filios, & seipsum  
 occidere voluisse, Ioseph. lib. 17. antiq. ca. 9.  
 De Herode Tetrarcha, quod amissio regno in  
 perpetuum relegatus exilium miserrime vi-  
 xerit, eundem lib. 18. c. 14. De Herode Agrip-  
 pa A. C. 12. vide & indicem huius Theatri, &  
 locos de crudelit. & de persecutione, &c.

Imperatores qui Christianos persecuti-  
 sunt, omnes vel à seipsis vel ab alijs crudeliter  
 necati sunt, vel certe miserè perierunt. Traia-  
 nus horrenda Paralyssi & simul hydropisi ex-  
 stinctus est.

Ee Vlpia-

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.
- 5.
- 6.
- 7.
- 8.
- 9.